AUGUSTINUS. ISIDORUS HISPALENSIS
Göttweig (?), 12. Jh. Seite 166r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36527
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Io. Quis angelus homini. A te petatur inte
queratur a te pulsetur. sic. sic accipietur.
sic inuenietur. sic aperietur. amen.
Explicit liber confessionum
xiii. Aurelii Aug. epi.

Verbum dei natum deo quod nec factum nec creatum venit
de celestibus. Hoc uidit hoc ad trectauit hoc de celo rese
rauit iohannes hominibus. Inter illos primitiuos veros ueri fontis
riuos iohannes exiluit. Toti mundo propinare nectar illud salutare
quod de trhono produit. Celum transit ueri rotam solis uidet ibi totam men
tis figens aciem. Speculator spiritalis quasi seraphin subalis dei uidet
faciem. Audit in giro sedis qui psallant cum cytharedis quater sem pro
ceres. De sigillo trinitatis numo ciuitatis impressit caracteres. Iste custos
uirginis archanum originis diuine misterium scribens ewan geli
um mundo demonstrauit. Celi cui sacrarium suum xpo lylium filio tonitrui
subamoris mutui pace commendauit. Haurit uirus hic letale ubi cor
pus uirginale uirtus seruat fidei. Pena stupet quod in pena sit iohannes
sine pena bullientis olei. Hic naturis imperat ut et saxa transferat
in decus gemmarum. Quo iubente riguit aurum fuluum induit uirgu
las siluarum. Hic infernum reserat morti iubet referat quos uenenum
strauit. Obstruit quod hebeon cherintus et martion per fide latrauit. Volat
auis sine meta quo nec uates nec propheta euolauit altius. Tam implen
da quam impleta numquam uidit tot secreta purus homo purius.
Sponsus rubra ueste tectus uisus sed non intellectus redit ad palacium.
Aquilam ezechielis sponse misit que de celis referret misterium. Dic
dilecte de dilecto qualis sit ex dilecto sponse sponsus nuncia. Dic
quis cibus angelorum que sint festa superorum de sponsi presentia.